

Postremo lex perpetua norma est nouae obedientiae etiam in renatis ostendens, quae opera sint facienda, sed in euangelium tantum monstratur, quomodo fieri bona opera possint in tanta infirmitate naturae nostrae, in tantis diaboli insidijs et in tanta periculorum mole, quae vitae et vocationis nostrae cursum impediunt. Deinde, quomodo studium inchoatae obedientiae placeat Deo et quomodo inchoatae virtutes fiant cultus Dei, cum et in sanctis semper 5
maneant reliquiae peccati et virtutes omnes in hac vita sint imperfectae et languidae nec satisfaciant legi postulanti integram conformitatem cum Deo.